

si dederit, accipi poterit; sicut & peti, si scandalum non adit, quod dationem non reddet inuolidam, cum à voluntate gratuita oriatur. Et hæc circa casum prædictum, in quo, sicut & similibus, scandalum semper admittetur: obligatio autem restitutionis tunc erit sub mortali, quando quantitas excessus talis est, ut aliàs usurpata ad mortale sufficeret, iuxta communem sententiam Theologorum.

Tertium circa Indiarum Clericos obseruandum quod ad domicilium spectat ordinandum.

Ordinarium circa ordinandum circa domicilium peccata.

Jurantes ut peccatum deest animus permanendi.

Concilij Limensis pro eo decretum.

Quid ius ad domicilium contrahendum statuat.

Illius definitio.

18 Et non posse illos ordinari ubi domicilium vsque ad Ordinum susceptionem non habuerunt, ex eo quod ante illam iurent se in diocesi eius Episcopi, à quo illos sunt accepturi, permanentes, cum tamen animum non habeant ibidem permanendi, ut certum statuendum est, & de periurij peccato res est clara, quando reuera talis animus non habetur, sicut & de graui ordinantium peccato, quando licet iurent, satis verosimiliter possunt præsumere eos, animo non implendi quod iurant, juramenti verba pronuntiare: sunt autem pro eo valida passim coniectura. Neque sic iurantes ex eo à reatu immunes censeri debent, quod reuera animum permanendi habeant, si Episcopus ordinans, aut Capitulum succedens, vel Episcopus successor, abeundi noluerint licentiam indulgere; certus tamen se illam adepturum, & animo eam diligentissime procurandi: sic enim reuera animus permanendi non est, & Episcopo illud iuramentum, qui licentiam est, velit nolit, concessurus. Ut si quis Religionem ingrederetur animo statim egrediendi, eod quod ingressus ad peculiare aliquod intentum vtilis illi esset, ut ad destinandam sæcularem iurisdictionem. Et de hac quidem materia satis eruditum opusculum edidit P. Stephanus de Auila in Limanà Academia Primarius Theologiae Professor, vir sanè doctissimus, ad instantiam Illustrissimi Dom. P. I. defonsi Ramirez de Vergara Argyropolitani Antistitis, qui abusu prædictum cum experimentis nosset, studuit re penitus introspectà iudicio viri tanti remouere.

19 Pro quo & Concilium Limense tertium iam antea in hunc statuerat modum Act. 2. Cap. 30. quod valde oporteret ut in promptu Episcopi omnes Indiarum haberent: Quoniam verò abusus quidam iam pridem inoleuit, ut per domicilia quædam iurata, quæ verba & commentitia plerumque sunt, in fraudem Ecclesie, & Sacrorum Canonum contemptum, ad Ordines indigni irrepant; declarat hæc sancta Synodus neminem sub pretextu domicilij esse ordinandum, nisi illud legitime, quemadmodum ius statuit, contractum fuerit. Hæc Concilium. Quid autem ius statuat ut domicilium legitime contractum debeat reputari, si de Ciuili loquamur, habetur l. 1. & l. Assumptio. §. Iuris prudentibus. D. Ad municip. ubi scribentes, & præ aliis Bartholus, alibi que. Iuxta quarum legum dispositionem, tunc contrahitur, cum quis se transfert ad habitandum in aliquo loco, & expressè declarat se habere animum ibi domicilium contrahendi: vnde communiter definitur sic: Est habitatio animi destinatione perpetua, in qua sic statuens rerum suarum magnam summam constituit. Videatur Glossa in Cap. Cum nullus. v. Domicilium. Dom. Barbosa de Potestat. Episcop. Allegat. 4. num. 22. & seqq. & Diana Parte 8. Tra-

Act. 2. Resolut. 15. Si autem de Canonico, nihil speciale in eo habetur, sed domicilij ritè contracti necessitas statuitur ad Ordines suscipiendos, quando neque originarius quis est eius diocesis, in qua Ordines vult accipere, neque in eà possidet Beneficium. Sic enim statuitur in citat. Cap. Cum nullus.

20 Concilium ergo Limense, cum iurata damnat, & legitime contracta probat, nihil repugnans decernit, quatenus per iuramentum potest domicilium acquiri, accedente habitatione, quæ quantumuis modica sit, sufficiens est, dummodò animus permanendi adit, nec potest ille melius quam iuramento comprobari. Pro quo Nauarrus Const. 2. de Temporibus ordinat. & Consilio 3. & 4. de Constitut. Zerola in Praxi. verb. Dimissoria. Ad Primum, in fine, & alij. Illa ergo iurata tantum remouenda statuit, quæ verba & commentitia plerumque sunt, quod, ut dixi, ex coniecturis æstimandum, aliàs quomodo poterit id, quod lateat in animo, deprehendi? vnde agnosci quod verba tanrum & commentitia sint? quandoquidem quæ vera sunt, non debent reici, si apparet conuenientia in promotione. In diocesi, ubi Beneficia tenuia, ubi longè à patria, & cognatis, qui ordinationem enixè cognati desiderant, ut sibi subsidia Beneficio conferat circa temporalia laborantibus in diocesi originaria, ubi Beneficia pingua, quis credat domicilium animo sincero & veraci iurare?

Qua iurata domicilia damnat Concilium.

Coniectura vnde agnosci alia possunt.

Decretum Limensis Conc. de literis testimonialibus.

Conc. Trid.

An inconsulto Episcopo mutare domicilium possit Clericus.

Pœna sine dictis literis ordinatis & ordinatis.

Conc. Trid.

naus

naus à collatione Ordinum per annum, & ordinatus à susceptorem Ordinum executione, quamdiu proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus. Sic Concilium.

Specialis difficultas circa Ordinarium suspensionis arbitrium, cum mutatur domicilium.

Declaratio Cardin.

Pœna Ordinariorum à titulum iurati domicilij ex Conc. Lim.

Quod dicitur ordinatus qui sine dimissoria.

23 Vbi peculiaris difficultas occurrit, si ordinatus mutauit domicilium, per quod ordinarius eius esse desinit, qui eum cœperat promouere. Videtur equidem quoad hoc Ordinarij auctoritas permanere, aliàs delictum manebit impunitum, quod horrent Iura. Id quod etiam probare possumus ex Declaratione Cardinalium circa citatum Cap. 8. in qua sic dicitur: Absoluere à suspensione eos, qui nullius diocesis existentes sine literis dimissoria ordinati fuerunt, spectat ad Episcopum, ad quem ex Concilio pertinebat dimissoria concedere. Proprius autem Episcopus ad hoc ut possit dimissoria concedere, dicitur ille, in cuius diocesi ordinandus Beneficium habet. Et ita fuit iudicatum in unâ Leodensium, si rectè consideretur supra, Sessio 23. Cap. 4. Fratres. Sic Congregatio. Sicut ergo is, qui nullius diocesis cum sit, sine dimissoria ordinatur, quoad absolutionem subiectus manet illi, ad quem eas concedere pertinebat; ita in nostro est casu rationem ob similem asserendum.

24 Circa iurata autem domicilia sic addit Limense Concilium: Si quis ad titulum Beneficij iurati, antequam domicilium ipsum legitime contraxerit, ordinabitur, sit ab ordinum executione ipso facto suspensus, & cuiussumque Beneficij aut Parochie Indiarum incapax per triennium. Sic illud. Ratio decidendi est clara; quia domicilium animo & facto contrahitur: quorum neutrum sufficit, ut Doctores communiter explicant, & videri possunt, quos adducit Barbosa supra, num. 23. Licet ergo quis iuret, dum non habitat in loco, cui se destinat, non est domicilium acquisitum, & ita neque ille subiectus Episcopo, à quo ordinatur, sed sub alterius iurisdictione. Merito ergo sic ordinato pœna præfata potuit imponi. Et quidem furtiue ordinatum irregularitatem incurrere, & eum qui sine dimissoria ordinatur, furtiue ordinatum debere dici, multi Doctores affirmant, ut videri potest apud Hieronymum Garciam Tractat. 1. Difficult. 1. Dub. 13. Puncto 4. Sic enim accipiunt Decretalem Alexandri III. Cap. Veniens, de eo, qui furtiue Ordines suscepit. Pro quo & est Constitutio Pij V. quæ incipit, Cum sacrorum. Propter quam sunt qui censent suspensionem Pontifici reseruari. Et Declaratio Cardinalium circa citat. Caput. 8. concludit tutius esse ab eodem peri dispensationem; si videlicet occulta non sit: nam pro occultis habent Episcopi amplissimam concessionem, sicut habetur etiam virtute Bullæ, & priuilegiorum, quibus fruuntur Regulares. Cum ergo hæc ita se habeant, non est mirum à Concilio Limensi pœnam, quam diximus, irrogari.

Casus specialis.

Ordinatus cum iurato domicilio, habentis tamen dimissoria proprii Episcopi.

25 DE eo scilicet, qui cum dimissoria proprii Episcopi ad alium accedit celebrantem Ordines extra propriam diocesim cum licentia diocelani. Si is scilicet iuret domicilij pro diocesi Ordinantis, an pœnas incurrat à Concilio impositas. Et videtur ita dicendum, quia reuera ordinatur ad titulum domicilij non contracti

legitimè, cum desit commoratio in loco ad contrahendum necessaria, iuxta nuper dicta. Deinde. Si talis ordinatur ad titulum domicilij, nequit virtute dimissoria ordinari; illæ enim eatenus dantur, quatenus quis ad diocesim eius pertinet qui eas dedit, quando nullius diocesis non est, ut in casu, de quo nuper, in quo etiam velut proprius Episcopus reputatur. Ex quo fit sine dimissoria ordinari, quia illæ, quæ tales non sunt, ut earum virtute fieri ordinatio possit, perinde sunt, ac si non essent. Sunt autem illæ omnino necessaria, quia domicilium contractum non est. Præterquam quod talè iuramentum deseruire potest ut Episcopus facilius ad conferendos Ordines moueatur, & circa aliqua, quæ animaduersione digna essent, eà non adhibita, se gerat; vnde adeptus Ordinibus poterit curare reditum ad propria, qui sic fuerit ordinatus. Cum ergo Concilium hæc & similia inconuenientia vitanda suo Decreto voluerit, non est dicendum in illo casum non fuisse huiusmodi comprehensum.

26 Nihilominus erit forte qui censent oppositum ex eo quod talis Concilij prohibitio extendat, ne indigni & incapaces ad Ordines obrepant: quod tunc accidere potest, quando sine sufficienti notitia ipsorum ordinantur: talisque defectus tunc adest, cum domicilium iuratur: id enim ab his fit, qui, cum in loco, ubi domicilium habent, Ordines consequi nequeunt, aliò commigrant, ut non probè cogniti id, quod desiderant, assequantur. Cum ergo in casu, de quo agimus, sufficiens ordinandi notitia sit per dimissoria habita, non videtur menti Concilij in hoc penitus contrari. Propterea licet peccatum non appareat excusabile, quia non adeò graue, nec quale Concilium punire intendit, non est pœna ab eodem imposita penitus infligenda, cum expressa contentia non sit, iuxta communem scriptorum doctrinam, & Honorij III. præclarissimam cautionem in Cap. Ex parte, finali de Transactionibus, ubi ita loquitur: In his verò, super quibus ius non inuenitur expressum, procedas (equitate seruata) semper in humaniorem partem inclinando, secundum quod personas, & causas, loca, tempora videris postulare. Hæc ille. Circa quæ Glossa verb. Causas, benè quatuor illa à Pontifice adducta perpendit.

27 Quartum ad decorum & honestatem Clericorum spectans à Limensi Concilio sanctissimè constitutum.

Habetur illud Act. 3. Cap. 18. in quo sic dicitur: Nullus in sacris constitutus, faminis familiare ministerium exhibeat, ita ut equitando à tergo, aut ambulando manu teneat, aut comitetur, nisi soror, vel mater sit; alioqui & Clericus & femina contra agentes arbitrio Episcopi puniantur. Sic Concilium. In cuius præcepti transgressione graue peccatum interuenit, quia negari nequit in eo notabilem indecentiam contra sacerdotum statum celsitudinem reperiri. Et erit illud etiam mater aut foror, si tales non esse contiterit, & sic videntium offensio non vitetur, & similiter dicendum de sacerdote femina sellâ honoratâ ductam comitante, famulorum more, eod quod Capellanus sit, ut aliquoties vidi. Immodè & de quolibet alio in sacris constituto, iuxta mentem Concilij, & rationem. Pergit illud

Pro parte fauorabilis quæ faciunt.

Pro poenis notanda doctrina.

Cap. Ex parte, de transactionibus.

Decretum Concilij Limensis circa comitatum famularum.

Grave in transgressione peccatum.

Aliud e-
iusdem cir-
ca famu-
litium

sic dicens: Eadem quoque sententia subiaceat Clericus, si laico alicuiusmodi se exhibuerit, & economi, aut alicuius alterius officij genere inseruerit. Qui & gradum suum, & nostrum Decretum contemnens, quidam horum fecerit, arbitrio Prælati puniatur. Valde enim absurdum est, ut qui ad Altissimi ministerium consecrati sunt, hi se laicorum & maxime seminarum famulos patiantur. Hæc illud. Iuxta quæ si Clericus in sacris villicum agat, qui in Indiis economi solet nomine compelli, vulgò Maior domo, pœnæ subiacet declarata, ab Episcopis infligenda. In officio enim tali multa exercentur indigna, propter quæ tales Indis & mancipiis in prædiis laborantibus exosi habentur: quod absurdissimum in regionibus istis apparet, ubi Ministri sacri paternam erga prædictos, ut eos in fide, & Christiana institutione promoueat, gerere sollicitudinem debent, iuxta dicta sapius, & sapius etiam repetenda; & opportunè, ut arbitror, quando & importunitas, iuxta Apostolum, debet in similibus adhiberi.

28 Quintum circa obligationem recitandi diuinum officium, dum Clerici iterfaciunt.

Certam esse obligationem generaliter loquendo.

Est illa certa generaliter loquendo, quia neque ratio, neque auctoritas ad immunitatem ab illâ suffragantur, cum potius videantur refragari. Ratio equidem, quia obligatio recitationis est certa, & causâ, quæ hic & nunc obtare possit, est penitus insufficientis; onus enim est horæ vnius, aut parum plus, quod ut leue fiat, in partes potest plures diuidi, & earum plures in ipsa equitatione percurrunt. Neque est eadem ratio de ieiunio, à quo sunt qui itinerantem excusent; quia continua illa corporis iactatio, dum iumento vehitur, & diei integri spatium ex æquans, aliaque itinerantium incommoda, pondus diei & æstus portantium, vitales exhauriunt spiritus, & defatigationem non leuem adducunt. Pro quo videri possunt qui ita philosophantur apud Dianam Parte 11. Tract. 2. Resolut. 57. Est enim recitationis labor minimè comparandus, ex quo non sequitur defatigatio illa, & spirituum vitalium exhaustio, quæ debeat per cessationem ab ipso reparari. Et quidem in Cap. Clericus 91. dist. sic habetur: Clericus, qui absque corpulenti sui inæqualitate vigiliis deest, stipendio priuatus excommunicatur. Sic ex Carthaginensi Concilio 4. Cap. 49. Vbi vigiliarum nomine diuini officij recitatio venit, pro quo non impleto excusatio admittitur ratione inæqualitatis corpulenti, infirmitatis inquam, quæ ex humorem solet inæqualitate procedere. Et id Doctores aliqui ad debilitatem extendunt, etiam non grauem, quia Textus non grauem, sed leuem potius videtur indicare: sed certè, quæ cum morbo coniuncta sit; cum tamen alij plus exigant: talem scilicet, cui recitatio sit notabiliter nocitura, ut videri potest apud P. Thomam Sancium Lib. 7. Consil. moral. Cap. 2. Dub. 45. Vide Thomam à Iesv in Exposit. Regule Carmelit. P. 3. Cap. 8. Dub. 4. Vbi discrimen infirmitatis & debilitatis exponit. Et Cap. 12. Dub. 3.

Diuersam esse rationem in ieiunio.

Cap. Clericus 91. dist.

Quæ debilius excuset.

Non quilibet defatigationem sufficere.

Cap. idem. Glossa.

29 Quod verò defatigatio ex corporali labore pro excusatione admittenda non sit, constat ex eodem Capite, in quo sic dicitur: Clericus vitulum, & vestitum sibi artificioso, vel agriculturâ, absque officij sui dumtaxat detrimento parer. Sic ibi. Ex quo Glossa sic infert: Ergo Clericus non potest operas suas per totam diem locare, cum non debeat officio deesse ut 54. dist. Seruus. Hæc Glossa. Ex cuius illatione nos etiam sic inferre possumus: Ergo Clericus potest operas suas per diem ita locare, ut non debeat propterea officio deesse. Tunc sic. Ex tali operarum locatione necessario sequitur labor & defatigatio; & nihilominus non ideo est Clericus ab officij diuini obligatione excusandus, quia non quæuis, sed notabilis & insolita ad hoc à Concilio necessaria iudicatur.

30 Ex quo & pars altera probationis elucet, quod scilicet abusu prædicto constans scriptorum auctoritas refragetur: nullus siquidem inuenietur, qui aut in particulari, vel generali aliqua doctrinâ, ei patrocinium præstet: cum tamen omnes iuxta citatum Caput suas conforment Assertiones. Videantur quotquot de Horis Canonis agunt, scilicet Summistæ omnes & præterea Nauarrus, Zerola, Bonacina, Diana, Hieronymus Garcia, Bassæus, & ex Societatis Auctoribus argumentum, ac præsertim P. Suarius, & elucidator P. Vincentius Tancredi, Cardinalis Toletus, P. Azor, P. Palaus, P. Bauny, P. Reginaldus, P. Filiucius, P. Valentia, P. Laymam, P. Escobar de Mendoza, P. Bufembaum, P. Thomas Sancius, P. Lessius, qui Lib. 2. Cap. 37. num. 54. expressè iterfacientis meminit, & tamquam certum statuit obligari, Nauarrum adducens. P. Sa, & complures alij, quorum illa est communis vox, quæ apud Cardinalem Toletum extat Lib. 2. Cap. 14. num. 2. dum sic ait: Officium enim, dum sit maxime proprium Clerico, non est prætermittendum, nisi graui urgente necessitate, ut aliud fieri non possit. Sic ille.

31 Circa infirmos tamen maior esse indulgentia solet: pro quo P. Sancius supra, & alij apud ipsum. Sicut & in Opere morali Lib. 1. Cap. 19. Quo non obstante tanta potest esse debilitas, ut pro excusatione sufficiat: nam & debilitatem ab infirmitate circa hoc Auctores discernunt, ut videri potest apud Bassæum verb. Hora Canonica 6. numer. 5. ubi cum P. Lessio locutus. Et obligationem talem sunt qui agnoscant: sed vident meliora, probantque; cum tamen deteriora sequantur. Ex quibus erat ille Indorum Parochus, qui cum iterfaciens ab alio fuisset domi, Parocho etiam Indorum, exceptus, & de onere recitationis inter cenandum ageretur, dixit, me audiente, se numquam, dum in itinere versaretur, recitare solitum, quia pro hoc habebat priuilegium. Et de illo interrogatus, subdidit, se, finito itinere, Confessario suum defectum aperire, & ab eo absolutionem accipere consueuisse. Quâ ratione etiam dicere poterat habere se priuilegium ad totum Decalogum, & Dei, atque Ecclesiæ præcepta omnia non implenda, quia eorum poterat post transgressionem à Confessario absolutionem similiter accepisse. Sed credo neque hoc illi potuisse priuilegium prodesse: Confessio enim cum vero dolore, & emendationis debet esse proposito, ut absolutionem, qui eam facit, consequatur. Vt est dogma Catholicum. Qui autem propositum non recitandi, quoties iterfecisset, habebat, suo illo priuilegio contentus, quomodo dolere poterat, & proponere, atque adeò inter se contrarias componere voluntates? Nuge sunt istæ; sed perniciose,

Abusu non recitandi Scriptores omnes refragari.

Illorum communis vox.

Card. Toletus.

Quid de infirmitate, & debilitate notabili.

Cuiusdam praxis insanda.

perniciosa; sed lethales, sed indignæ vsque ad honorem in iis, quos aliqua salutis animæ cura remorder. Et qui erga se talis, erga alios

qualem credamus? Quales & similes? Timendum sanè ne & similibus erga illos priuilegiis a-butantur. Sed iam ad alios.

A P P E N D I X AD TITVLVM XVII. DE RELIGIOSIS INDIARVM.

Quam plura de illis sparsim dicta, que dabit Index; nunc adicienda aliqua, quibus Tractatio de re adeò eximiâ, & in qua tantum est Indica causa momentum constitutum, nostro pro modulo compleatur. De illis ergo inquirendum discussione perbreui.

Rimo, An compellere possint Nouitios, ut legitimam Conuentui, in quo sunt professuri, relinquunt, alias eos ad Professiones non admittendo.

Resolutio negatiua.

Libertas renuntiantibus summa futura ex Tridentino.

Societatis quantum ab illo delatum, & quam meriti.

Titulum sustentationis non suffragari.

bus v. simonia à Casu 10. Hoc autem stante, non est obligatio in renuntiantibus aliquid relinquendi monasterio, ut cum aliis probat P. Thomas Sancius in Opere morali Lib. 7. Cap. 3. num. 8. Hinc quæstio suborta an Religiosis interdictum sit inducere Nouitios ut aliquid Monasterio relinquant. Ad quam citatus Auctor num. 15. respondet Emmanuelem Rodericum Tomo 2. Summa Cap. 7. num. 11. Et P. Suarium Tomo 5. in 3. p. Disputat. 22. Sect. 5. numer. 5. cum aliis, quos ipsi adducunt, multis ostendere licitum esse inducere Nouitios ut donent seu relinquant sua bona Monasteriis. Ex eo autem quod addunt clarissime apparet quid sit in præsentis casu dicendum. Cum enim dicant id fieri posse, cautionem adiciunt, dummodo id fiat bono fine, & ita moderatè, ut relinquatur Nouitiis libertas ad disponendum de suis bonis. Quæ quidem resolutio communissima est; quamuis P. Suarez citato loco nihil pro ea speciali difficultate habeat, sicut neque in tota illa Sectione: in quâ quidem solidissime probat, licet non sit damnabile aliquid pro sustentatione exigere, quando pro illâ non habent Conuentus redditus necessarios, vel licet pro aliis habeant, non tamen pro eo, qui recipi desiderat: rarum tamen esse inusitatumque quoad Religionem virorum, ut ex pacto tacito vel expresso ita petatur aliquid in sustentationem, vel subsidium Religionis, ut aliter habitus, vel Professio denegetur: pro quo specialiter num. 12. Quod verò P. Sancius ibidem amplectitur, non est conforme sententiæ, quam postea docuit Lib. 1. Consil. moral. Cap. 2. Dub. 23. num. 1. ubi ait etiam si Monasterium sit diues, posse ab ingrediente aliquid pro sustentatione requirere, sicut etiam si aliquis sit ditissimus, potest dotem ab uxore exigere. Si enim res ita se habet, iam non relinquuntur libertas Nouitio ad disponendum de suis bonis, quam constat illam penitus remansuram. Et sententiam P. Sancij tenent alij, in quibus est Bonacina Tomo 3. Disputat. 2. Quæst. 3. Puncto 29. P. Palaus Tomo 3. Tract. 17. Disput. 3. Puncto 9. P. Valentia Tomo 3. Disputat. 6.

An Nouitij induci possunt, ut sua bona Religionis donent.

Pati sustentationem aliquam inusitatum affirmat P. Suarez.

P. Sancij doctrina non constans, cum Monasterium est diues.

Resolutio videtur clara, & indubitabilis; quia dispositio bonorum libera debet esse Nouitio: & sicut ante ingressum renuntiare in fauorem aliorum potuit, nec propterea debuit à Religione repelli, ita & post ingressum, quia non minus liber tunc est, quam antea fuerat. Vnde à Concilio Tridentino prouidentissime cautum, ut renuntiationes maximâ renuntiantium leges haberet interuentione Episcopi, aut eius Vicarij, cum aliis de quibus Sessio 25. Cap. 16. de Regularibus. Quia enim coactio aliqua timeri poterat, res hæc non est Nouitiorum voluntati; & Prælatorum Regularium directioni relicta, sed Episcopi aut Vicarij assentiam voluit Concilium intra præfixum terminum expectari. In quo habet nostra Societas, cur grates summas Concilij Patribus & Sedi Apostolicæ reddat: quia circa hoc in Decreto prædicto, sicut & in aliis, minimè voluit comprehensam. Et potuit quidem iure optimo eadem in hac parte fidere, quia in ordine ad libertatem renuntiantium leges habet quamplures pietate & sapientiâ plenas. Et cum liberrimos renuntiantes velit; eos maxime, qui aliquid volunt eidem Societati donare: vnde pro illis maiores adhibet cautiones, & ampliora temporis spatia pro admittance designat, ne vnquam dicere renuntians possit, minus se liberum in tali dispositione fuisse.

2 De casu ergo proposito loquendo, ut iustificari talis compulsio possit, duæ rationes occurrunt. Prima ex titulo sustentationis, ratione cuius in Monialibus dotes admittuntur; immò & exiguntur, quibus non datis, Professio inculpabiliter denegatur. Sed hæc admitti nequit; quia Religionis redditus habent vnde alere alumnos possint, & ita ab ingredientibus non est generalis pro sustentatione petitio. Et ita tenent plures, quos adducit & sequitur P. Onate Disputat. 82. num. 227. & P. Lessius in Resolutioni-